



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas**

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]**

XXXI. Maji.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

**B.** Jacobus Venetus cum B. Virginis officium recitaret, recentem e coelo rosam accepit. Illud saepe repetere fuetus: Felix lingua! quæ non novit nisi de Divinis misere sermonem. Plurimis post mortem miraculis clarus. *Nad. an Cæl.* Hæc Mariophilorum hæreditas est.

B. Jacobe qui quadriennio sædo carcinoma laborans, miræ dedisti patientiæ specimina, te nunc rogo; ut ubi supremi corpus morbi convulserint, mihi tolerantiam à MARIA impetres. Illa mihi sit solatio in doloribus, illa adjutorio in periculis, illa in omnibus omnia. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile erit, placere & servire desidero. Hoc unum per pretiosissimum JESU Filii tui sanguinem, &c. *f. 2.*

Ad quod impetrandum: Officium de laudibus Virginis hodie recitare conabor.

Habentibus devotionem ad Beatissimam V. signum est permagnum prædestinationis ad gloriam. *B. Alan. de psalt. Vir.*

Quæstio: An Deipara in primo instanti conceptionis noverit omnes homines, qui futuri erant? *Vega Theol. Mar. n. 1690.*